

SCRIPTA

Numéro Scripta :

Auteur(s) : Hugues d'Amiens, Rouen (archevêque)

Bénéficiaire(s) : Lisors, Notre-Dame de Mortemer (abbaye)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : 1150

Lieu d'émission : Rouen

Action juridique : confirmation

Langue du texte : latin

Analyse

L'archevêque Hugues de Rouen déclare l'arrangement fait entre l'abbaye de Mortemer et des églises voisines, de Lisors, de Verclives, du Mesnil, de Touffreville, de Rosay, du Saussey et de Coudray, sur les dîmes et les privilèges octroyés à l'abbaye.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Gallagher Philip Francis, *The Monastery of Mortemer en Lyons in the Twelfth Century*, its History and its Cartulary, Thèse, University of Notre-Dame, Indiana, 1970, 375 p. (dactyl.), « The Cartulary of Mortemer – B. N. MS. Latin 18369 », Act 9, p. 203-204.

Texte d'après a

Carta domni Hugonis Rothomagensis archiepiscopi de decimis, que facta fuit a tempore domni Ade abbatis. [H]ugo, Dei gratia Rothomagensis archiepiscopus omnibus fidelibus tam clericis quam laicis ad archiepiscopatum Rothomagensem pertinentibus salutem, gratiam et benedictionem. Universitatem vestram volumus scire quod monachi cisterciensis ordinis a prestatione decimarum possessionum quas possederint, apostolica auctoritate habeantur immunes, quam immunitatem generaliter toti ordini concessam pie memorie pape Innocentio necnon etiam pape Eugenio ecclesie Mortuimaris speciali privilegio placuit confirmare. Predictae tamen ecclesie monachi, nostris et fratrum nostrorum piis ammonitionibus prebentes assensum, elegerunt in domo Dei ambulare cum consensu et magis proprie utilitati aliqua detrahere quam vicinis sacerdotibus molestiam irrogare. Statuta est itaque in presentia nostra hec compositio inter illos. Ecclesie de Lisors dimidium modium solvent pro his que ad ipsam pertinent ; ecclesie de Warcliva dimidium modium ; ecclesie de Torfrervilla VI minas ; ecclesie de Maisnil VI minas ; ecclesie de Rosei VI minas ; ecclesie de Salcei IIIor minas ; monachis de Maiori Monasterio II minas de territorio de Coldrei et unam sacerdoti eiusdem ville. Que omnia persolventur ad festum omnium sanctorum apud grangiam de Pomereia ad mensuram Rothomagi sive castelli de Leons dimidium avena et dimidium alia annona, bona annona inter frumentum et siliginem qualem terra protulerit. Quod totum ut nullo deinceps tempore valeat immutari ratum esse sancimus et sigilli nostri impressione corroborari precipimus et ne a quoquam utriuslibet partis infringatur ex auctoritate Dei omniumque sanctorum sub anathematis sententia prohibemus. Testibus, Gaufrido decano, Roberto archidiacono, Osmundo archidiacono, Gilone archidiacono, Fulberto archidiacono, Radulfo thesaurario. Actum Rothomagum, anno ab incarnatione domni M°C°L°.